

APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

SATURIO

COMOEDIA = = = =

= = = = JOANNIS

B. FRANCESIA =

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

= EDITIO ALTERA =

VEN. LIBELL. 1.00

TARCISIUS

ACTIO DRAMATICA =

= = = = JOANNIS

B. FRANCESIA =

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

= = = = = = = = =

= EDITIO ALTERA =

VEN. LIBELL. 0.50

ARRAE GORGONIAE

= = = = MILESIA FABULA = = = =

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

— VEN. LIBELL. 0.60 —

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPIUNTUR

Ann. XIV.

ROMAE, Mense Octobri MCMXI

Num. X.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum **6**

ubique extra Italiam: Lib. **9** (Doll. **1,80**; Sch. **7**; M. **7**; Rubl. **4**; Coron. **9**)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via delle Coppelle, 35 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud
Gebethner et Wolf

Varsaviae Polonorum
Rakewskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

apud
“Kronika Rodzinna..”

Varsaviae Polonorum
Krakowskie Przedmiescie, 6,

IN CANADA

apud
Burns and Oates

London W.
28, Orchard Street.

apud
Librairie Granger Frères

Montreal
1699, Rue Notre-Dame

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Usum latini sermonis per orbem universum tuetur ac fovet

Ilaque, latine omnino exarata, scripta edit, quae populos omnes aliquo modo attingant, a publica re ad bonas artes, a litteris ad historias, a philosophicis ad sociales quaestiones, a nunciis et significationibus ad simples et facili stylo expressas descriptiones, narratiunculas, dramaticas actiones; ab antiquitatis scientia ad dialogos vitae argumenta maxime communia tractantes, unde colloquia latine inire atque alere detur; a doctorum virorum scriptis nondum vulgatis aut parum cognitis ad primas adolescentium exercitationes, quae incitamentum veluti in palaestra eorum conatibus conferant; a Pontificis denique documentis praecepitis ad iuris regulas in S. Congregationibus inductas; haec omnia ut quisque vel ex dissilis regionibus, aut cultu, doctrina, animi proclivitate, artibus alter ab altero difformis per commentarium eundem expiere desideria sua possit.

PRETUM ANNUAE SUBNOTATIONIS EST:

In Italia libellarum 6;

ubique extra Italiam: Lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

ad Societatem Editricem Romanam

ROMA — VIA DELLE COPPELLE, 35 — ROMA

QUAE COMMENTARIUM POSSIDET NUNC ATQUE ADMINISTRAT.

Ann. XIV.

ROMAE, Mense Octobri MCMXI

Num. X.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Rerum index:

- Disputationes philosophicae Modernistam inter et Thomistam.** — Praeter iudicium examinis seu consilii requiritur in agenti homine iudicium executionis seu electionis, sub quo continetur imperium.
Stili lapidarum elementa. — De elegia.
Quid latinarum doctrina ac scientia ad Italorum medianas quae dicitur aetatis cultura humanitatemque confulerit.
Quaestiones philologicae. — Cur syllaba a vocabulis gracie praefixa modo intensivam, modo negativam significationem illi tribuat.
Primo anniversario remeante ex quo Alpes per aeronavem a Georgio Chavetto sublimi ausu traectae fuerunt (IX Kal. Octobris MCMX).
Ex Italis urbibus. De maximo Augustae Taurinorum artium conventu.
Paroemiae sive Adagia. — Manibus pedibusque. — Omnibus nervis. — Velis equisque. — Remis velisque. — Navibus atque quadrigis. — Omnen movere lapidem.

DISPUTATIONES PHILOSOPHICAE

MODERNISTAM INTER ET THOMISTAM

Praeter iudicium examinis seu consilii requiritur in agenti homine iudicium executionis seu electionis, sub quo continetur imperium.

MODERNISTA. — In colloquio nostro ultimo (1), amice carissime, tu in iudicio practico asserebas, quod nempe bifariam dividebas, scilicet in iudicium consilii et iudicium executionis.

Quum igitur de hoc arguento nonnisi verbum obiter feceris, a te plura, ut a magistro meo, require mihi discipulo tuo liceat: siquidem quaestio huiusmodi non nullas consequentias, et quidem egregias parere mihi visa est.

THOMISTA. — Ita sit prorsus, carissime. Id tamen praemoneo non de vocibus quidem, sed de rebus ipsis me acturum esse, eaque plenitudine quae sufficiens visa mihi fuerit ad argumenti enucleationem. Quapropter hic nihil disputabo de imperii natura, utrum videlicet voluntatis sit actus an vero rationis; an comprehendat electionem, vel executionem, et ita deinceps. Haec omnia dimittam, ita ut nonnisi post disputationem adhibeantur haec vocabula, quae proinde hinc significatum perspicuum sortientur.

Argumentum igitur enixo animo ineamus.

Id imprimis notandum quod passim tenent omnes, primum finis ultimi amorem nulli imperio hominis subesse, sed tantum instinctui naturae ipsius. Cuius ratio haec est, quia potentia nullo indiget imperio sive impulso alieno ut moveatur, ubi ex natura ad proprium inclinatur obiectum; quum nempe ad praesentiam obiecti proprii sponte sua eidem adhaereat, atque in idem feratur, sieque instinctus vices imperii cuiuscumque aut

praeepti suppleat. Haud secus voluntas natura propria determinatur ad ultimi finis amorem, neque proinde vi aliqua impulsiva indiget, ut in ipsum reapse tendat et feratur: sed ubicunque finis ille apparebit, ipsa proprio quasi pondere trahitur: ex qua voluntate nulli imperio subiecta vim habebunt omnia proinde alia et imperia et praeepta.

Ubi autem de electione agitur, tenendum est requiri, praeter illud iudicium consilii, quo decernitur de eligibili unius prie alio, iudicium executionis, quo prescribatur executio eius quod per consilium fuit determinatum.

Ratio autem potior asserti haec est, quod nempe iudicium consilii circa aliud agendum supponit quidem nonnullum amorem finis, nullatenus tamen amorem finis absolutum et efficacem, qui natura propria pariat motum sufficiens eligendi media. Hinc fit quod homo prudens, saepe saepius, ex suam prudentia, inquirit de mediorum sufficientia priusquam determinet intendendum absolute per media finem, seu, ut ait Christus, non determinet turrim aedificandam, priusquam computaverit sumptus necessarios ad perficiendum; quin imo desistet nonnunquam ab huiusmodi concepta intentione, ubi adverterit media esse ad finem insufficientia. Unde transitus ad electionem et actum non fit nisi per iudicium executionis, additum iudicio consilii.

Quae electio sane non potest esse nisi libera. Hinc habes totius rei processum et nexum. Amor quidem finis ultimi, seu boni in communi non cedit sub imperio, quum sit ab ipsam natura inditus, neque ulla vi impulsiva indiget extrinseca, sed vi propria atque ex instinctu feratur naturaliter et ex se in obiectum.

Ex illo autem amore non imperato omnes alii amores imperati enaseuntur. Omnia quippe bona particularia aut singulare continentur ut quaedam partes in illo bono in communi: sed quia non sunt necessario ama-

(1) Cf. n. viii, mense Augusto MCMXI.

EUPLIUS

(11)

Actio dramatica a I. B. Francesia versibus senariis exarata.

SCENA X.

VOLUSIUS ET DICTI.

VOLUSIUS.

Quid audio? Siccine fideles Deo?
Sic vos vos geritis Christi discipuli?

MAXIMUS.

Et tu, Volusi, alumnus Christi diceris?
Huic fidem fregit Euplius nuperime,
Et sacra tradidit praetorio volumina!

VOLUSIUS.

Nondum vocari dignor Christi discipulus,
Probe vestros dolos malos perspicio;
Vos sed infertis Euplio calumniam.
Vos impios ore compellam libero,
Urbem repletis nostram qui discordis,
Quae pace magna clarescebat undique!

CALVISIANUS.

Offendis Caesarem! Tu Christianus es!

VOLUSIUS.

Sic vos me impellitis?

SCENA XI.

OCRIS, NONNULLI CIVES et DICTI.

OCRIS (*prosilit in scenam ferens manu cultrum*)
Cecidit!

OMNES TURBATI.

At quis?

VOLUSIUS.

Quis?

OCRIS.

Euplius!

VOLUSIUS.

Quando?

OCRIS.

Eum vidi nuper pensilem laqueo.

Modo!

MAXIMUS.

Infestas intulit sibi nequam manus.

CALVISIANUS.

Actus in angustias dolore sceleris,
Necem consecvit infelix sibi impiam.

MAXIMUS.

Sic Christianorum caput disparuit!

CIVIS I.

Oh! pudor!

CIVIS II.

Oh crimen!

CIVIS III.

Quae rerum lacrimae!
(*excent eiulantes*).

SCENA XII.

OCRIS, MAXIMUS et CALVISIANUS.

OCRIS.

Dabis mercedulam, quam tu es pollicitus?

MAXIMUS.

Dabo, sed postea!

OCRIS.

Quid? Nunc! dato!

MAXIMUS.

Euge! Calvisiane, res bene contigit,
Ipsi dii nam plurimum nos adiuvant!

CALVISIANUS.

Fuit Volusii quam moesta facies!

MAXIMUS.

At ipse Christi fidus est discipulus!
In hunc sit omnis nostra fatigatio.

CALVISIANUS.

Actum est de seeta Christianorum pessima,
Nostram turbare civitatem solita!
Et ipse nuncium felix dabo Caesari,
Eversam Catanae sectam radicitus,
Et omnes cives venerari numina (*ironice atque elata voce*).

MAXIMUS.

Nos adorare maxime Mercurium!

FINIS ACTUS SECUNDI.

ACTUS III.

SCENA I.

MAXIMUS et NONNULLI POPULARES.

MAXIMUS.

Adest nunc tempus Christi quo discipuli,
Qui me solebant propulsare immodece,
Quod in meliorem ductus sententiam,
Iam Christi sectam fortiter reliqueram,
Turpem recipient dignam se noxiā.
Hic nam superbos videre nunc perlubet,
Audire rescant quid ut defenderent
Suum Euplium, quem ferebant ad sidera,
Magnis quem nuper exceperē laudibus.
Enim mox stimulus punetus conscientiae
Is ultro codices iudici tradidit,
Vultuque demissō petivit veniam.
Peius his fecit: intulit sibi necem.

I. CIVIS.

Vos occidistis!

II. CIVIS.

Insultatis desuper!

(Ad proximum numerum).

SOCIETAS EDITRIX ROMANA

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

practer Officium nuntiorum et publicae rerum praedicationis, tum per Italiam omnem, tum apud exterhas gentes, quo facilis satisfaceret pluribus et Diurnorum suorum, et VOCIS URBIS commentarii sociis et lectoribus requirentibus consultationes, consilia, explanationes, sollicitationes apud forenses aut civiles magistratus, aptum quoque recens instituit

OFFICIUM CONSULTORUM ET PATROCINII,

quod eximiis iuris peritis concedidit.

Huiusmodi officii peculiare munus imprimis datum est, ea apud Curias quaslibet et publicas administrationes procurandi, quae in commodum Sacerdotum in eorumque iurium omnium tutelam cedere maxime possint, uti parochialium congruarum supplementa, cultualium expensarum solutionem, regalium placitorum expeditionem, redditum conversionem, potestatem hereditatum vel aliarum liberalitatum excipiendarum, docendi facultatem, etc.

PRO OMNIBUS

DILIGENTIA IN OPERE - TEMPERANTIA IN PRETIO

APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

SATURIO

COMOEDIA = = = =

= = = = JOANNIS

B. FRANCESIA =

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

= EDITIO ALTERA =

VEN. LIBELL. 1.00

TARCISIUS

ACTIO DRAMATICA =

= = = = JOANNIS

B. FRANCESIA =

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

= = = = = = = =

= EDITIO ALTERA =

VEN. LIBELL. 0.50

ARRAE GORGONIAE

= = = = LESIA FABULA = = = =

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPIUNTUR

Ann. XIV.

ROMAE, Mense Novembri MCMXI

Num. XI.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Premium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum 6

ubique extra Italiam: Lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via delle Coppelle, 35 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud
Gebethner et Wolf

Varsaviae Polonorum
Rakiewskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

apud
"Kronika Rodzinna"

Varsaviae Polonorum
Krakowskie Przedmiescie, 6

IN CANADA

apud
Burns and Oates

London W.
28, Orchard Street.

apud
Librairie Granger Frères

Montreal
1699, Rue Notre-Dame